

Franckesche Stiftungen zu Halle

Christologia Concordans Evangeliorum Occasione Responsi Summe Rever. Dn. Valent. Ern. Loescheri S.S. Theol. D. & Superint. Dresd. &c. nec non ...

Winckler, Balthasar

Bernburgi, MDCCXXVIII.

VD18 13484893

Appendix I.

Nutzungsbedingungen

Die Digitalisate des Francke-Portals sind urheberrechtlich geschützt. Sie dürfen für wissenschaftliche und private Zwecke heruntergeladen und ausgedruckt werden. Vorhandene Herkunftsbezeichnungen dürfen dabei nicht entfernt werden.

Eine kommerzielle oder institutionelle Nutzung oder Veröffentlichung dieser Inhalte ist ohne vorheriges schriftliches Einverständnis des Studienzentrums August Hermann Francke der Franckeschen Stiftungen nicht gestattet, das ggf. auf weitere Institutionen als Rechteinhaber verweist. Für die Veröffentlichung der Digitalisate können gemäß der Gebührenordnung der Franckeschen Stiftungen Entgelte erhoben werden.

Zur Erteilung einer Veröffentlichungsgenehmigung wenden Sie sich bitte an die Leiterin des Studienzentrums, Frau Dr. Britta Klosterberg, Franckeplatz 1, Haus 22-24, 06110 Halle (studienzentrum@francke-halle.de)

Terms of use

All digital documents of the Francke-Portal are protected by copyright. They may be downloaded and printed only for non-commercial educational, research and private purposes. Attached provenance marks may not be removed.

Commercial or institutional use or publication of these digital documents in printed or digital form is not allowed without obtaining prior written permission by the Study Center August Hermann Francke of the Francke Foundations which can refer to other institutions as right holders. If digital documents are published, the Study Center is entitled to charge a fee in accordance with the scale of charges of the Francke Foundations.

For reproduction requests and permissions, please contact the head of the Study Center, Frau Dr. Britta Klosterberg, Franckeplatz 1, Haus 22-24, 06110 Halle (studienzentrum@francke-halle.de)

urn:nbn:de:gbv:ha33-1-199360

in carne gloriosi status divini externi & imperii. Exaltatio non sola charismata finita carni contulit, sed usum majestatis divinæ seu *μορφῆς θεῆς* & imperii divini habenas: ad quod rite obeundum non sola dona habitualia sufficiunt, sed requiruntur adæqvata divina ex usu horum corporali, tum in regno invisibili in cœlis, tum in regno visibili futuro glorioso.

§. 36. Consensus Reformationum in primis e Liquidatione Lipsi. docetur.

§. 37. Summa concordia de Persona Christi exhibetur.

§. 38. Quæ Christum Jesum magnificat; id quod certissimum veritatis est *χρῆς ἡγιον*.
Qui est Deus benedictus in secula, Amen!

APPENDIX I.

NON possum non ad §. 31. Appendicis loco allegare, quæ Vir Summe Reverendus ac longe celeberrimus Theologus Viadrinus atque laboribus suis irenicis de Protestantium Ecclesia meritissimus Dn. D. Strimesius in Ingenua sua Inquisitione in Controv. Evangel. a p. 493. seqq. usque ad p. 502. contra Ubiquitatem carnis Christi summo



summo

summo acumine disputavit, ut, quid Rever.
Dn. D. Loëscherus ad ista regerere possit,
appareat.

§. I. Controversiæ, inquit, de Ubi-
qvitate carnis Christi, jam ante Protestan-
tismum originem suam debenti vel Fabro
Stapulensi juxta B. Calixtum Jud. Controv.
Num. XXXVIII. vel Manichæis & post hos
Eutychianis, juxta B. Grebnizium Disp. de
Ubiqu. eruditissima, Sect. 1. num. 13. idem
accidit, quod præcedenti de communicati-
one idiomatum, ut & imperceptibilis sit, &
prout percipienda sistitur, pluribus involva-
tur contradictionibus.

§. II. Prius constat, quia (1) ipsum
Ubiquitatis nomen refugit, omnipræsentia
divina in locum surrogata, quæ quomodo
non adæquate prorsus (qua rem,) cum ubi-
qvitate & immensitate Dei, eadem esse de-
beat, dum omnia divina, Deus ipse immen-
sus sunt, haud percipitur. (2) Omnipræsen-
tiam eloquitur, Würtembergicis ἀδιαφρα-
κτον & extensivam, inde ab utero Mariæ, hu-
manæ Christi naturæ, tam quæ ὑπόστασις, quam
qua ἡγεμονία, competentem; Wittebergen-
sibus vero & Giessensibus, tantum effica-
cem & spiritualement, cujus ipse genericus con-
ceptus Actio sit, Autore Menzero, Tom. VI.
Disp.

Disp. Gieß. Disp. 17. §. 6. Humanæ Christi naturæ, & in specie corpori seu carni Christi, ab utero matris, qva solam potentiam, post exaltationem demum, qva actum, tribuendam. At, omnipræsentiam corporis alicujus humani, eoqve finiti, quis conceperit? Qvis omnipræsentiam, vel extensivam, vel eam, qvæ sub actione, ceu genere, continetur? (3) Corpus vel carnem humanam supponit, localitate, tactilitate, ac visibilitate orbata, qvalia an humana concipi possint, per ossa & carnem visibilia, tactibiliaqve ab ipso Christo, in corpore proprio, jamqve per resurrectionis exaltationem glorificato, Spiritui contradistincta, nemo assequitur. Ut proinde, de qvo hoc loco litigetur, hætenus inconceptibile sit. Accedit (4) a Reformatis, omnipræsentiam nullam aliam, qvam divinam, cumqve Deo ipso eandem, qvippe in ejus immensitate vel ubiqvradicatam, negari, & quidem de carne, corpore naturaqve Christi humanis, in se, essentia & subsistentia sua acceptis; a Lutheranis vice versa, omnipræsentiam divinam de carne, corpore naturaqve Christi humanis, affirmari, sed non in Actu naturali, verum personali duntaxat, spectatis, id qvodd certo sensu admittitur a Reformatis; vid. B. Fabric. Heidelb. Oper. Theol, p. 276, & 277.

§. III. Posterius manifestum fit, per
consequentias, partim ex formali ratione, par-
 tim ex Adjunctis omnipræsentiae, carnis, cor-
 poris, humanæque Christi naturæ, deducen-
 das, legitimas quidem, *non tamen ob id Lutheranis*
ulli, consequentias has neganti, imputandas. Ex
 FORMALI: Si enim humana Christi natura,
 in essentia vel substantia sua, est omnipræsens
 vel est divina natura, vel non est. *Si est divi-*
na natura (1) humana Natura simul est humana,
 & divina Natura: quod est contradictorium
 magis, quam Ens & Non-ens. Quia Ens &
 Non-ens eo usque componi possunt, ut
 per divinam omnipotentiam, Non-ens trans-
 mutetur in Ens; at essentia creata nullatenus
 fieri potest increata: Deus non potest
 facere alium Deum, cum sit omnipotens.
 (2) Humana natura in divinam est conver-
 sa: quod Eutychianismi anima est. (3) Hu-
 mana Natura, sive in divinam Naturam con-
 versa fuit, sive divina semper fuit: quia ta-
 men humana natura est; ideo creata est, &
 consequenter Deus creatus: in quo momen-
 tum Arianismi omne ponitur. Non est,
 quod præterea urgeamus: Si attributa divi-
 na in abstracto possunt convenire humanæ
 Naturæ, ob id, argumenta, pro Deitate Chri-
 sti a Catholicis, ex sacro codice, petita,
consequentia laborare, nam iis haud neces-
 sario

fari
 eni
 pot
 cip
 Na
 sup
 qv
 dim
 div
 non
 hu
 pie
 cor
 hu
 mo
 mi
 Div
 ne
 &
 tut
 (6)
 Pe
 tur
 ra
 Fi
 un
 Q
 a

lario concludi divinam Naturam: Malam enim consequentiam esse, cujus consequens potest esse sine Antecedente; Siquidem excipere promptum: Attributa divina humanæ Naturæ in abstracto competere, at simul supposita divina Natura personaliter unita, quemadmodum in Apotelesmatis deprehendimus: propria enim divina, & humanæ, & divinæ Naturæ, tribui, ἀμα quidem, licet non ὁμῶς. (4) Humana Natura non est humana, nisi φαivόμενος, ut eo sensu accipienda omnia, quæ de humana Natura & corpore Christi Evangelistæ referunt; Nec humana natura vere erit passa, crucifixa, mortua, ad summam, nos vere non redemit; id vero est Marcionitica hæresis. (5) Divina Natura est passa, crucifixa, mortua, nec Deus Filius modo, sed & Deus Pater, & Deus Spiritus S. incarnatus, passus, mortuus &c. quod Theopaschismi reum est. (6) Divina Natura in SS. Trinitate est una Persona, quia Christus ejusque humana natura est una Persona; inde, si divina Natura est una Persona, ergo Deus Pater, Deus Filius, Deus Spiritus S. non sunt tres, sed una Persona, quod erravit Sabellius. (7) Quia humana Natura est Deus, & Persona a λόγῳ realiter distincta, utique in Christo sunt

sunt duæ personæ, quomodo ad Nestorianismi avia descenditur. (8) Quia humana natura est divina natura, Deus, & Persona a λόγῳ realiter distincta, tum erunt quatuor divinæ personæ, quod Schwenkfeldius docuit. *Si non est divina natura*, (1) non est divina natura, ex diserta hypothese, iterumque est divina natura, ex implicita, proxima tamen atque necessaria hypothese: Quia est in substantia sua omnipræsens; Hoc vero dogma se ipsum contradictione jugulat. Adhæc contradictio est, esse humanam naturam & esse omnipræsentem, item: esse omnipræsentem, nec esse Deum. (2) Natura potest esse omnipræsens, quæ tamen non est Deus. Sed argumentatio, ita constructa, ab exceptione non est libera. Excipere in proclivi est: Licet humana Christi natura, non sit divina natura, tamen divinam naturam humanæ naturæ personaliter unitam atque communicatam esse. Eodem modo nutat illud: Si humana natura est omnipræsens &c. nec tamen Deus; proinde nec valebit: Si Christus Homo est omnipræsens, utique est Deus: poterit enim esse omnipræsens, etsi non est Deus. Hac autem ratione invictè concluditur. Si humana Christi natura in substantia sua est omnipræsens eoque Deus & divina natura; Ergo Deus & divina natura est creata, quia est humana;

humana; quia item humana natura est Deus & Persona a λόγῳ realiter distincta, utique duæ divinæ sunt naturæ, quod in Arianismum incidit. (3) Hoc supposito, tanquam dico, generantur omnes hæreses supra relatæ. (4) Humanæ Christi naturæ aut omnia idiomata sunt communicata, aut nonnulla tantum, aut nulla. Huc refertur illud: Quæ sunt essentialiter & adæquate eadem, eorum communicato uno, communicatur & alterum: Nam quæ sunt essentialiter & realiter eadem, idque adæquate, essentialia prædicata & attributa eadem habent. Posita enim essentiæ identitate, ponitur & Identitas Attributorum essentialium, quæ sunt ipsa essentia. Hinc adæquata & reciproca realitate eorundem, sive ἀνεν ὑψηλῶν sive ἐνεν ὑψηλῶν Idiomatum, uno communicato, communicatur & alterum: Una namque eademque est ratio utrobique, tam in ἀν ὑψηλῶν quam ἐνεν ὑψηλῶν, urget. Cum igitur humana Christi natura sit omnipræfens, igitur quoque est æterna, increata, independens, infinita; nec creata, passa, crucifixa, mortua. (5) Si divina natura humanæ naturæ realiter non potest esse unita, nisi divinæ naturæ idiomata humanæ naturæ realiter sint communicata, ut de ea abstractivè prædicen-

dicentur; proinde, nec humana Natura divina Naturæ realiter potest unita esse, nisi Idiomata humana realiter sint communicata divinæ Naturæ, ut de ea abstractivè prædicentur & proprie. Ergo, quæ verum est: Humana Natura est omnipræsens &c. tam verum erit: Divina Natura est creata, finita, in tempore cœpit, dependens, visibilis, palpabilis, mortalis &c. quæ palpata, passa, crucifixa, mortua est &c. (6) Tandem eodem modo omnes disparatæ substantiæ inter se sunt veræ & de se prædicantur, quod tamen Contradictionem involvit. Vid. ante laudatam Disp. Grebnizii de Ubiqu. Sect. II. Non juvat hic distinxisse inter omnipræsentiā in actu naturali seu Naturæ, & in actu personali seu personæ spectatam: Nam respectus hi, seu modi nostri diversi de omnipræsentiā hac cogitandi eamque concipiendi non mutant ejus Naturam, ut per eam, caro, corpus & Natura Christi humana, in essentiis & substantiis suis, tum habere eam, tum non habere, dicenda sint: Prædicatum seu Adjectum contradictorium, nulla limitatione conciliatur subjecto: Scilicet, distingvendum hic inter Contradictionem tam explicatam, quam implicitam majoris realitatis, quæ est inter essentialia & horum Negationes; & minoris realitatis, quæ

qvæ est inter modalia, horumque Negationes, vid. Ontologiam nostram contractam, p. 17.

§. IV. Inconvenientiæ, omnipræsentia PER ADJUNCTA SUA, incumbentes sunt inter cæteras. (1) Ascensionem Christi in cælum, non equidem per nudam ἀφάνισιν, uti Christus disparuit Luc. 24. v. 31. vel per nudam statum μεταβολήν, qvæ jam tum humanæ Christi Naturæ per Resurrectionem a Mortuis contigit, interim per talem motum factum dici, qvæ, si minus in principio suo, saltem paulo post, simul ac nubes, inter corpus Christi ascendens, & oculos discipulorum spectantes semet interposuisset, illocalis, ac sine successione fuerit, Ascensionis Ideæ omnino adversus. (2) Cælum in qvæ Christus ascendit, non esse locum, seu πῦ corporale, creatum, finitum, supra visibiles cælos, sed Majestatem Dei ipsumque Deum, incomprehensibilemque ejus gloriam ac potentiam, id qvæ a perpetuo Scripturæ S. stylo abhorret, qvæ cælum omne, Deo hujusque Majestatis, & vice versa, Deus cælo cuicunque, opponitur. (3) Corporis Christi præsentiam in s. coena, qvæ omnipræsentia ejusdem corporis hætenus edocta, sustentatum venit, per hanc ipsam everti,

sicque ingratam Filiam, enecare Matrem suam: Nam si corpus Christi jam tum, vel per unionem cum divina, vel per exaltationem suam, omnipræsens est; qui non extra cœnam æque atque in cœnâ, in ore non-Communicantium æque, atque Communi-
cantium, ante & post communionem s. æque, atque in communione ipsa, præsens erit. Et qvî, accepto demum pane orbiculari, accipi poterit? Rei hujus evidentia moderatioribus Lutheranis, loco omnipræsentiæ, multipræsentiâ svasit, qvin ipsis formulæ Autoribus, tantum eam omnipræsentiâ, qua creditur, Christum suo corpore POSSE præsentem adesse, & actu præsentem esse, ubicunqve vult. p. m. 745. id quod Nicolaus Selneccerus duobus Canonibus Reformatis vix contradicentibus, complexus est:

I. Christus, non tantum sua Deitate, sed etiam corpore suo esse potest, ubicunqve & quandocunqve vult esse, quia Deus omnipotens est.

II. Christus vult esse corpore suo ibi, & revera est ibi, ubi se corpore suo esse velle dixit & promisit, quia verax est & servans suæ promissionis. Explicat. Catech. p. 220. Addo ego quod adhuc majus est:

I. Christus non tantum sua Deitate, sed

& corpore suo, supernaturali, cælesti & spiritali modo, potest esse ubicunqve & quancunqve vult esse, quia Deus.

2. Christus, quia vult & promissit corpore suo in s. cœna esse, supernaturali sc. cœlesti & spiritali modo, igitur hoc modo, in s. cœna semper & ubiqve est, quia verax est, & servans sui promissi.

Diffimulare hic quidem non possum, ultima, quæ de corporis Christi in cœna præsentia utrinque disputantur, æquivoca, non satis utrinque intellecta, adeoque meram logomachiam esse: interim argumenta illa, quæ contra opinionem de omnipræsente corpore Christi asseruntur, verissima sunt, quia e vero scripturæ sensu deducta. Collegi similia in Harmonia Part. II. in der DISSONANCE vom Abendmahl p. 8. seqq. Et in der Augen- Galbe §. 14. de persona Christi, quæ Lutheranos fortissime convincent, sensum illorum non esse absque contradictione, adeoque non verum scripturæ sensum innatum sed illatum. His Relationes innoe. 1717. p. 683. calumniose regerunt, me difficultates hæc e Crocio, Martino, aliisque Reformatis repetivisse & acuisse, nihilque aliud hoc esse quam *hominibus pulverem scholasticum* in oculos injicere velle ne veritatem perspicere valeant;

das

-113/1